

DE ATTRIBUTIS RELATIVIS ET QUIDEM
CREATIONE.

§. 1.

Jam progredimur ad Dei attributa *respectiva*,
quæ de ipso *extrinsece* prædicantur *in relatione*
ad res extra se positas, ita tamen ut intrinseca at-
tributa supponant, quorsum pertinet *creatio*,
providentia & incomprehensibilitas.

§. 2. Earum rerum, quæ jam actu extra Deum
sunt, nil existit *preter ideas in intellectu divino*.
Sola igitur Dei voluntas essentiis rerum æternis
existentiam superaddidit, qualis divinæ volun-
tatis actus vocatur *Creatio*, qua præsentem mun-
dum sapientissime condidit. Per *mundum* autem
intelligo *nexum omnium rerum actu existentium*,
id quod observandum contra *Idealistas*, qui mun-
dum non extra mentis ideas existere arbitrantur.
Infiniti autem fuerunt mundi possibili, proin-
de *ratio* debuit esse, quare Deus hunc non alium
mundum elegerit, non vero alia potuit esse, *quam*
quia in presenti plures & maximas deprehenderit
perfectiones. Inde fluit, quod mundus præsens sit
optimus simulque maximus.

§. 3. Primam rerum creationem fuisse ex
nihilo patet inde. *Quia nil neque in spiritibus ne-*
que materia videmus, quod eorum aternitatem
prodit, & porro, tum spiritus tum materia labo-
rant defectibus maximis, ut iis perfectionem tribue-
re præstantissimam sc. aternitatem, absurdum esset,
sequitur, quod sint *ab alio*, qui eis proprietates,

F 2

quas